





PROGRAMMA  
1747/14  
25  
IO. CASP. HEIMBURGII D.

CONS. AVL. SAX. IVRIS CANONICI PROFESSORIS  
ET ADSESSORIS CVRIAE PROVINCIALIS NEC NON  
FACVLTATIS IVRIDICAE ET SCABINORVM COLLE-  
GII ORDINARII H. T. EX-DECANI

ET

ACADEMIAE PRORECTORIS

QVO

QVAESTIO, AN ADVOCATVS FISCI  
AD CONSEQVENDAM POENAM,

QVAM REVS INCVRRIT,

PECVLIARI PROCESSV OPVS HABEAT?

EXAMINATVR,

DISSERTATIONI INAVGVRALI

CLARISSIMI VTRIVSQVE IVRIS

CANDIDATI

IO. ANDR. HOFFMANNI

GOTHANI

DE

IVRIBVS INDIGENARVM GERMANIAE

PRAEMISSVM.



IENAE

LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERL

PROGRAMMA

IO. CASP. HEIMBERGII D.

CONS. AVI. SAX. IVRIS CANONICI PROFESSORIS  
ET ACADEMIAE PRAESIDENTIS  
FACULTATIS IVRIDICAE ET SOPHIAE  
IN ORDINARIIS ET EX-DECANI

ACADEMIAE PRAESIDENTIS

QUESTIO, AN AD QUAESTIONEM

PRELATAE QVAESTIONIS

DISSENTATIONI INVADENDUM

IO. ANDR. LOTTMANII

IVRIS INDIGENARVM GEMINAE

AVI. SAX. IO. CURIST. CROGERII





**Q**uaestionem, an *Advocatus Fisci* ad consequendam poenam, quam reus incurrit, peculiari processu opus habeat? in praesentia contemplari animus est. Non vnam eandemque hac in re sententiam tenent Iureconsulti. Alii ordinem, quo in iudiciis ex lege & consuetudine vimur, in poenales fisci causas hand conuenire contendunt, putantque praestare, vt poenae reis dictatae, ex officio, vel ad nudam Fiscalis implorationem, sine figura noui processus, exigantur. Rationes, quibus suam suffulcire sententiam conantur, sunt haec: 1) seriem procedendi, quae in pertractandis litibus, ex legum praescripto, adhiberi debet, ab indole causarum fisci poenaliu plane alienam esse; 2) litem ex lite feri et sic contentiones, si poenam a reo, peculiari processu, exigere Fiscalis iubeatur, multiplicari; idque 3) sine necessitate et magno cum detrimento fisci et partium fieri; 4) reipublicae interesse, vt litium ambages omnibus praescindantur modis et circuitus euitentur;

a 2

5) legem

5) legem vnicam *Cod. de conductoribus et procuratoribus* siue autoribus praediorum fiscalium domus augustae et legem 3. *Cod. de conueniendis fisci debitoribus* de ciuili fisci contentione modo loqui, ideoque causis fisci poenalibus minus recte accommodari; 6) sententiam Pragmaticorum, qui, quod ad causas fisci poenales attinet, processum, in quaestionibus ciuilibus obseruari solitum, requirunt, in legibus praesidium haud inuenire, eamque ob causam merito posthaberi. Alii in contrariam sententiam eunt, existimantes, causas fisci poenales, inprimis, si altioris indaginis esse videntur, quod ad modum eas in iudicio pertractandi, ab aliis causis ciuilibus non esse distinguendas b). Quorum quidem rationes huc redeunt: 1) naturae causarum fisci poenaliu maxime congruere, vt in iis vulgo receptus ordo, quem aliae contentiones postulant, rite obseruetur; 2) ex eo, quod noua lis oriatur, si peculiari processu poenam Fiscalis petit, negantium doctrinam minime probari, cum ea, quae arbitrario iure de euitandis litibus praecipuntur, ad contentiones euidenter iniustas et vexationis causa institutas pertineant; 3) magis habendam esse rationem priuatorum de euitando damno certantium, quam fisci lucrum captare volentis; indeque 4) non obesse, quod fiscus, si peculiari ad poenam consequendam processu vtitur, obsumtus in litem erogandos, incurrere dampnum facile queat; 5) frustra obuerti dampnum, quod ex processu, quo

(b) II. LEYS. *Spec. 50. med. ad Pand. II.* GAIL. *Lib. I. obs. 20. num. 8.* BLVM. *proc. cam. tit. 30. num. 69. § 70.* BERGER *part. 2. Supplem. ad electa disc. for. tit. 20. §. 7. p. 475.* MART. *in comm. ad Proc. rubr. num. 49.* KLOCK *Vol. 3. conf. 139. n. 302. § seq.* GYLMANN *in Synphorem. Cam. tom. 4. part. 1. vol. 53. num. 39. p. 366.* LYNCK *in resolut. 193. § 354.*

poenam Fiscalis a reo exigit, priuatum sequitur, quia nemini commodum obrudi debet, et salus publica modo poscit, vt litigatoribus in iis casibus, vbi de eorum calumnia satis constat, ordinaria litigandi via denegetur; 6) lites non adeo esse circumscribendas, vt priuatorum utilitatibus officiat et sic, sub obtentu minuendarum liti-um, reos a via iuris praeccludi et inauditos condemnari, ini-um fore; 7) verum quidem esse, quod *L. un. Cod. de conductoribus et procuratoribus siue autoribus praediorum fiscali-um domus augustae* et *L. 3. Cod. de conueniendis fiscali-um de- uitoribus* tantum de causis fiscali-um ciuilibus caueatur, nihil tamen impedimento esse, quo minus hae leges ad causas fiscali-um poenales trahantur; et praeterea 8) dictis sanctionibus, quod ad causas poenales attinet, non seruato iuris ordine, poenam a reis petendi potestatem fiscali-um haud adscribi; 9) quamuis legibus sancitum non sit, vt in causis fiscali-um poenalibus ordo procedendi legitimus adhibeatur, nihilominus tamen sententiam Pragmaticorum, qui ordinem, in causis fiscali-um poenalibus, praescribunt legitimum, tanquam aequiorem esse praefendam. Et has quidem negantium et adfirmantium rationes, si iusta metimur aestimatione, facile est ad intelligendum, eos omnino recte calculum subducere, qui in causis fiscali-um poenalibus rationem procedendi receptam ordinarie et inprimis, si reus nonnulla habet, quae in speciem obuertat, adhibendam esse opinantur. Quam sententiam, iteratis vicibus, in collegio nostro, secuti sumus. Exempli loco subiungam factum, de quo ante triennium fere fecimus iudicium. Collegium superius, sub comminatione poenae, inferiori iudicio aliquid mandauit, illique, praeeptis poenalibus non obtemperanti, actionem intendere Fiscallem monuit. Hic, cum peracta appellacionis iustifica-

tionem, pro ferenda, de principali lite, sententia, acta transmittenda essent, libellum obrulit, eoque petiit, ut eadem sententia rei ad multas, mandatis poenalibus comprehensas, condemnarentur. Quemadmodum autem ex actis constabat, iudicium inferius varia argumenta, eaque speciosa, post iterata praecepta poenalia, allegasse: ita ad Fiscalis petita definitivam ferre sententiam dubitauimus, sed potius Fiscalis implorationem, ante omnia, reis communicandam, illisque responsonem iniungendam esse censuimus. Haec praemittere placuit. Jam, ut tradita a maioribus seruetur consuetudo, de vita atque elegantioris ac solidioris literaturae studiis, quibus incubuit,

*Candidatus Nobilissimae Iuris Doctrinae*

*Clarissimus*

**IOANNES ANDREAS HOFFMANNVS,**

*Gothanus,*

quaedam eloquamur.

*Natus est noster Tambaci pridie Non. Sept. A. O. R. cl. 10. CCCXIX. Patrem habuit CHRISTOPHORVM GOTHOFREDVM HOFFMANNVM, Scholae Rectorum, ad beatorum sedes nunc receptum; matrem, SVSANAM MARGARETHAM, FRANCISCI HEVSINGERI, Sacrorum in pago Sundbusano antistitis filiam. A teneris magna cura et industria educatus, et fidelissima patris institutione per aliquot annos felici successu usus est. Cum annum aetatis decimum tertium vix egressus esset, Gotham missus, et in praestantissimorum literarum Doctorum disciplina est traditus; ibique ad animum, quod ad humaniora attinet, rite exornandum, manus fideles adhibuisse laudat Viros Clarissimos IO. HENRICVM STYSSIVM Gymnasti Gothani*



thani Rectorem, et imprimis IO. MICH. HEVSINGERVM, nunc Gymnasii Isenacensis Directorem. His ducibus eos in literis humanioribus progressus fecit, vt beati parentis iudicio ad studia academica idoneus censeretur. Igitur in Athenaeum nostrum concessit et Viro summe Reuerendo IO. IAC. SYRBIO, fascies academiae tunc tenente, nunc inter coelites recepto, albo studiosorum adscriptus, Philosophiae operam nauauit, coque consilio B. STELLWAGIVM et M. IO. FRID. STRVBIVM logicam et Metaphysicam tradentes audiuit. In mathematicis Virum summe Venerandum IO. BERNHARDVM WIDEBVRGIVM, in historicis Illustrem CHRIST. GOTTL. BVDERVM duces sibi elegit. Praecepta naturae et ciuilis iuris historiam in Consultissimi IO. AVG. HELLFELDII Scholis didicit, eiusdemque exercitationes disputatorias per triennium fere frequentauit: Tandem ad scopum respiciens scientiae legali se tradidit totum, & Virorum Illustrium atque Excellentissimorum ESTORIS, BVDERI, SCHAUMBVRGII, et ENGAVII, ius publicum, feudale, Digestorum, Criminale et Canonicum solide docentium, scholas adiit, ex quibus nunquam nisi doctiorem reuertisse gloriatur. Mets quoque praelectionibus, quibus doctissimum Erinam Pandectarum exposuit, ardore animi egregio interfuit. Quibus peractis, vt publice rationes suorum studiorum redderet, dissertationem de hypotheca mobilium conscripsit, eandemque sub Consultissimi HELLFELDII praesidio in cathedra iuridica defendit, et praeterea aliis scriptionibus ingenium suum publicauit. Denique e re sua fore, Candidatus noster arbitratus est, vt praemia studiis academicis digna peteret. Quo sine apud Ordinem Nostrum examiniibus publicis se submisit atque in utroque ita stetit, vt omnium suffragio ad specimina reliqua et summos in utroque iure honores admittetur. Igitur dissertationem inauguralem, de iuribus in-

dige-



*dingenarum Germaniae, Praeside Illustri et Excellentissimo*  
 IO. RVDOLPHO ENGAVIO, *Codicis et Noellarum Pro-*  
*fessore Ordinario, Curiae Prouincialis et Facultatis Iuridicae*  
*Adessore, nec non Scabinorum Collegii Seniore, longe meritif-*  
*simo, Fautore et Collega nostro honoratissimo, crastino*  
*die habebit. Quam quidem solemnitatem vt MAGNIFI-*  
 CVS ACADEMIAE EX-PRORECTOR, PATRES,  
 ATQVE VNIVERSVS PROFESSORVM ET CI-  
 VIVM ORDO, NEC NON HOSPITES OMNIVM  
 ORDINVM HONORATISSIMI *splendida et honorifica*  
*sua praesentia illustrare et Nostrum Candidatum eo, quem*  
*virtus eius meretur, fauore prosequi non dedignentur, ea, qua*  
*par est, obseruantia, rogo. P. P. d. XII. Maii,*  
 MDCC XXXXVII.








Jena, Diss., 1747



sb.

WD 18





1747/14  
25

PROGRAMMA  
**IO. CASP. HEIMBURGII D.**

CONS. AVL. SAX. IVRIS CANONICI PROFESSORIS  
ET ADSESSORIS CVRIAE PROVINCIALIS NEC NON  
FACVLTATIS IVRIDICAE ET SCABINORVM COLLE-  
GII ORDINARII H. T. EX-DECANI

ET  
**ACADEMIAE PRORECTORIS**

QVO  
QVAESTIO, AN ADVOCATVS FISCI  
AD CONSEQVENDAM POENAM,

QVAM REVS INCVRRIT,  
PECVLIARI PROCESSV OPVS HABEAT?  
EXAMINATVR,

**DISSERTATIONI INAVGVRALI**

CLARISSIMI VTRIVSQVE IVRIS  
CANDIDATI

**IO. ANDR. HOFFMANNI**

GOETHANI

DE

**IVRIBVS INDIGENARVM GERMANIAE**

PRAEMISSVM.



**IENAE**  
LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERL.

